BIBLIA LATINA, BD. 1
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 366r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cor tuum. longitudinem dierum et an
nos uite et pacem apponent tibi. mi
sericordia et ueritas non te deserant. cir
cumda ea gutturi tuo et describe in ta
bulis cordis tui. ut inuenias gratiam
et disciplinam coram deo et hominibus.
Habe fiduciam in domino ex toto cor
de tuo et ne in mitaris prudencie tue
in omnibus uiis tuis cogita illum
et ipse diriget gressus tuos. ne sis sa
piens apud temet ipsum. time deum
et recede a malo. sanitas quippe erit
in umbelico tuo et irrigacio ossium tu
orum. Honora dominum de tua substan
cia et de primicijs omnium frugum tu
orum et implebuntur orrea tua satiu
tate et uino torcularia redundabunt.
¶ Disciplinam domini fili mi
ne abicias. cum ab eo corriperis. quem
enim diligit dominus corripit et quasi pater
in filio complacet sibi. beatus homo
qui inuenit sapienciam et qui affluit
sapiencia. Melior est acquisicio eius
negociacione argenti et auri primi et
purissimi. fructus eius preciosior est
cunctis opibus et omnia que deside
rantur huic non ualent comparari. lon
gitudo dierum in dextera eius et in si
nistra eius diuicie et gloria. Vie eius
uie pulchre et semite eius pacifice
lignum uite est his qui apprehenderint
eam et qui tenuerit eam beatus.
¶ Dominus sapiencia fundauit
terram et stabiliuit celos prudencia.
Sapiencia illius eruperunt abyssi et
nubes rore concrescunt.
Fili mi ne effluant hec ab oculis
tuis custodi legem atque consilium
meum et erit uita anime tue et gratia
faucibus tuis. Tunc ambulabis
fiducialiter in uia et pes tuus non
impinget. Si dormieris non timebis
quiesces et suauis erit somnus tuus.
Ne paueas repentino timore terrore
et irruentes tibi potencias impiorum
dominus enim erit in latere tuo et cus
todiet pedem tuum ne capiaris. Noli
prohibere eum qui benefacere potest. Si
uales et ipse benefac. Ne dicas amico
tuo uade et reuertere et cras dabo tibi cum
statim possis dare. Ne moliaris amico
tuo malum. cum ipse in te habeat fidu
ciam. Ne contendas aduersum hominem
frustra. cum ipse tibi nichil mali fecerit.
Ne emuleris hominem iniustum. ne
imiteris uias eius. quia abhomina
cio domini est omnis illusor et cum sim
plicibus sermocinacio eius. Egestas
a domino in domo impii. Habitacula autem
iustorum benedicentur. Illusores ipse
deludet et mansuetis gratiam dabit. Gra
ciam sapientes possidebunt stultorum
exultacio ignominia. IIII
Audite filii disciplinam patris
et attendite ut sciatis pru
denciam. Donum bonum uo
bis tribuam legem meam ne dere
linquatis. nam ego filius fui patris
mei tenellus et unigenitus coram
matre mea et docebat me atque dice
bat. Suscipiat uerba mea cor tuum
Custodi uerba mea et uiues. posside
sapiciam. posside prudenciam ne obli
uiscaris neque declines a uerbis oris
mei. ne diuinctas eam et custodiet te
dilige eam et seruabit te. Principium
sapiencie posside sapienciam et in omni
possessione tua acquire prudenciam